UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

156. Ad sacros Ordines aliasque dignitates Ecclesiasticas idoneos duntaxat & dignos promouere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

lo orauerint multum à Deo impetrab[illegible]
Oratio & ieiunium S. Petri ſinguları [illegible]
fectu iunguntur Actorum tertio. Oratio[illegible]
ius ſubiicitur de claudo ex vtero matris, [illegible]
in integrum valetudini reſtituto, ita vt exil[illegible]
laudaret Deum c. 10. poſt preces viſione [illegible]
tur vt Cornelium & alios gentiles in Eccle[illegible]
Ser. 67. recipiat, S. Ambr. in natali S. Petri & Pauli [illegible]
Bene ait (Lucas) *in cænaculum ad orationem a[illegible]*
Petrum, quia omnis ſanctus quando orat relinqu[illegible]
milia vel terrena in altum mentis extollitur, & [illegible]
lime ſuſpenſus rapitur, & cogitatione ſancta c[illegible]
nus efficitur. Atque ibi eſurienti illi, hoc eſt, cog[illegible]
cordis ſui ſublimiori loco pro ſalute populi Iudai[illegible]
tur vas diuerſorum generum, animalibus plenum [illegible]
diuinitate dicente illi: Tu Iudæos ſolos eſuris, ecc[illegible]
fidei tuæ cunctarum gentium diuerſitate reſici[illegible]
primum animal Deo ex gentibus Centurio Corn[illegible]
immolatur. S. etiam orationis beneficio P[illegible]
primum hæreſiarcharum Simonem de E[illegible]
& cœlo eiecit, vt habet S. Maximus ſer. 66.

SIGNVM CLVI.

Ad ordines ſacros aliaſque dignitates E[illegible]
ſiaſticas idoneos duntaxat & dign[illegible]
ſeu bene meritos promoue-
re.

1\. MAndatum Apoſtoli ad Epiſco. Ti[illegible]
1. Tim. 5. 22. *Manus cito nemini impoſueris, ne[illegible]*
ho. 16. *municaueris peccatis alienis. Quid ſibi vult cito, [illegible]*

in ea verba Chry. *non ex prima ſtatim probatione, nec*
a nec. 3. *Sed vbi conſideratio diuturna præceſſit, exactiſ-*
ſimaque diſcuſſio, tunc imponito manus.* Neque enim
ares periculo caret. Eorum enim quæ ille pec-
cauerit, tu quoque pœnam dabis, &c. Et S. Hiero.
in ca. 58. Iſaiæ Paulus ſcribit ad Tim. Manus, &c. *Li. 16. com.*
Non eſt enim peccatum leue mittere margaritas
ante porcos, & dare ſanctum canibus, & ordina-
tionem clericatus nequaquam ſanctis & in lege
Dei doctiſſimis, ſed aſſeclis ſuis tribuere & viliū
officiorum miniſtris, quodque his dedecoroſius
eſt, muliercularum precibus, in quo conſideran-
da loquentis in ſe Chriſti Apoſtoli ſapientia, qui
in ordinationis periculum demonſtraret iunxit
tormenta peccantium, neque com. &c.

S. Bern. ait: *in monaſteria admittuntur homines ſpe* *4. de conſ.*
proficiendi: at officia bonos facilius recipiunt quam fa- *c. 4. c. 6. 12.*
ciunt. Quare ad ea viros probatos oportet deligi nō probā- *Act. 13. 3.*
dos. Lucas ait Dominum pernoctaſſe in Oratione
antequam Apoſtolos deſignaret. Et in Eccleſia
more ab Apoſtolicis temporibus deducto, non
fiunt ordinationes niſi præuio ieiunio & oratio-
ne in 4. Temporibus. *in Ezech.*

S. Greg. adfert Chriſti Domini exemplum, qui *ho. 2 li. 1.*
ante trigeſimum annum noluit fieri magiſter ho- *in 3. par. pa*
minum, & ait: *Pulli auium ſi volare appetant ante pē-* *ſtor. 26. ad-*
narum perfectionem, vnde ire in alta cupiunt inde in i- *mon.*
ma merguntur, vel ſi ſtructuris recentibus necdum ſoli- *inter the-*
dum pondus ſuperponitur, non habitaculum ſed ruina *mata mea*
fabricatur. Et ſi conceptam ſobolem priuſquam forma- *orat. the-*
tur fœmina profert, non tam domum quam tumulum *ma. VI.*
replet.

Ioannes Baptiſta ætatis anno trigeſimo ad
dicandum miſſus eſt, qua ætate & Chriſtus
nus ſuam prædicationem aggreſſus eſt.

Apud Sophtonium cum Abbas Amos Hie
ſolymis ordinatus eſſet Patriarcha, dixit pat
Orate pro me Patres: magnum enim onus & in
le mihi iniunctum eſt, ſacerdotiique dignitas
immodice, Petri & Pauli ſimilium eſt regere
animas: Ego autem infelix & peccator ſum,
quam cætera timeo ordinationis ſarcinam. Nam
ſcriptum, quia beatiſſ. & æqualis Angelis Leo
Romanorum Eccleſiæ præfuit, 40. dies perſe
ſepulchrum Apoſtoli Petri, vigiliis & orationibu
petenſque ab Apoſtolo, vt pro ſe apud Deum inter
vt demitterentur ſibi peccata ſua, impletis dieb
apparuit ei Apoſtolus Petrus dicens ei: Oraui p
dimiſſa ſunt tibi omnia peccata tua, præterqua
ſitionis manuum. Hoc ſolum abs te requiretur,
ſiue fortaſſe male egeris. Sed quid eſt inqui
neus? *omnia tibi dimiſſa peccata præter manu*
poſitionem? num peccata ex parte dimitti p
minime gentium ſi ad culpam referas, c
quo ad pœnam dici debent dimiſſa fuiſſe
ni ex parte. Quod enim facile ſit in his pecc
iam prudentem Epiſcopum iure S. Apo
monet ita Thimotheum: *Nemini cito ma*
poſueris, neque communicaueris peccatis alienis.
ergo remanebat S. Leo delictorum pœn
gatus quæ illi perpetraſſent, qui ab eo in
promoti fuiſſent ad ordines. Tunc
dicuntur præſules communicare pecc

Prat. ſpir. c. 149.
V. locum de concionandi munere.

To. 6. An. Chr. 461.

1. Tim. 5.

lienis dum indignis conferunt honores & miniſteria.

Hinc ſibi timens Propheta Rex ait: *Ab alienis parce ſeruo tuo. Quod ſi hæc fiunt in viridi, quid fiet in arido?* Leone quis ſanctior atque prudentior, vt tantum periculum liber tranſiliat. *Pſalm.18. Luc.23.*

SIGNVM CLVII.

Otium execrari.

1. *SAnctus Paulus* Apoſtolus, tum vt otium caueret, tum ne cuiquam offendiculo vel oneri eſſet, etiam labore manuum victum parauit, & alios vt idem facerent verbo exemploque hortatus eſt. 1. Theſſalon. 4. 11. 2. Theſſalon. 3. 6. Actorum 20. 32. ait Epheſi ad maiores natu & Presbyteros Eccleſiæ: *Per triennium nocte & die non ceſſaui cum lachrymis monens vnumquemque noſtrum.* Et: *Aurum & argentum nullius concupiui, ipſi ſcitis quoniam ad omnia quæ mihi opus erant & his qui mecum ſunt miniſtrauit manus iſta.* 1. ad Corint. 9. 15. mul is rationibus probat ſe ex ordinatione etiam Domini potuiſſe ſumptibus Euangelij viuere, & labore manuum abſtinere, ſed ob maiorem ædificationem noluiſſe.

2. Cum *S. Bernhardus* omnes ſuos fratres corporali labore quotidie exerceri vellet, ne ſe quidem excipi voluit & ſi quando ob virium imbecillitatem eoſdem cum alijs labores ſuſtinere nō valeret ſimiles tamen, vt cædendi, vel portandi ligna, vt humilitate onus compenſare ſuſtinebat. *Gulielmus Abbas in eius vita. Sur. 20. Aug.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN